

VERS. 7. — OB HANC CAUSAM OCCIDIT EUM, HOC EST, JEHU FILIUM HANANI PROPHETAM (1). In Hebræo, et apud Septuaginta tantum est, ob hanc causam occidit eum; reliqua addita sunt ab interprete explicationis gratiâ, quod facit sæpè, cum aliquid est dubium, aut aliquid arcani latet in peregrinâ voce, ut Genes. 55, *Benoni*, dixit significare *filium doloris*, et Benjamin, *filium dexteræ* Exod. 12, phrase, *transitum Domini*, et c. 16, manu, *quid est hoc?* Sic etiam cum hic esset non admodum expeditum, quisnam esset, qui hoc loco occisus esse traditur, interpretis noster addidit celesti absque dubio illustratus lumine, occisum fuisse Jehu prophetam. Hebræi hæc referunt ad eadem Nadab, quem per insidias interemit Baasa in obsidione Gebbethon, ita ut duplici de causâ dicatur sumptum esse supplicium, et quia vanam religionem confirmavit, et fovit, et quod dominum suum Nadab, ejus salutem tueri debuerat, interfecit. Ita putant alii ex nostris, Lyra in libro Differentiarum ad hunc locum, Cajetanus, Vatablus. At rectè exposuisse vulgatum, præter summam auctoritatem, quam habet ab Ecclesiæ judicio, probat, quia non antecesserat, nisi admodum longè nomen *Nadab*, quod referre posset pronomem *eum*. Respondent illi in Jeroboamo patronymicè intelligi Nadab, aut certè in Nadab occiso occisum videri Jeroboamum, quia in illo stirpitus excisa est Jeroboami tota familia. Non nego hunc dicendi modum usitatum esse in Scripturâ, et eo in rebus dubiis uti sacros interpretes, ubi aliqua gravis difficultas urget; sed hic nullam video, quæ nos ad figuratam dicendi formam abire compellat, et deserere propriam. Neque jam questioni locus est homini pio, quando sacra Ecclesiæ intercedit

mais encore de nous tracer dans ces deux tableaux si différents, ce que nous devons ou imiter ou rejeter dans nous-mêmes, par rapport au bien ou au mal qu'elle loue ou qu'elle réprouve dans les uns ou dans les autres.

(Sacy.)

(1) Hic autem sensus reddi potest ex toto hoc versiculo. Cum enim sacer historicus narret mortem Baasæ, et familiæ illius eadem, concludit: *Cum in manu Jehu filii Hanani prophetæ verbum Domini factum esset contra Baasa, et contra domum ejus, ex malo, quod fecerat coram Domino, ad irritandum eum in operibus manuum suarum, ut similem se redderet domui Jeroboam, ob hanc causam occidit eum, nempe Baasam; vel juxta alios: Ex malo quod fecerat coram Domino, ut constitueret se in locum domus Jeroboam, et quod illum occiderat. Deus punivit usurpatorem, et interfectorem Nadabi filii Jeroboami, ac filiorum ipsius.* (Calmet.)

auctoritas. Sed contra hanc sententiam gravis urget ratio ex lib. 2 Paral. c. 19, v. 2, ubi occurrisse dicitur Josaphat, Jehu filius, Hanani videns. Quod sanè fieri nullo posset modo, si occisus foret à Baasa, cum Josaphat aliquandiu post hæc tempora regnare cœperit. Ille ego libentiùs fatebor, aut Hanani prophetæ duos esse filios ejusdem nominis, aut duos esse patres vocatos Hanani, qui totidem habuere filios appellatos Jehu. Nam illud improbare, quod probatum videmus ab Ecclesiâ, audacis est ingenii, et parùm pii.

VERS. 8. — ANNO VIGESIMO SEXTO ASA REGIS JUDA, REGNAVIT ELA FILIUS BAASA SUPER ISRAEL IN THERSA DUOBUS ANNIS (1). Sicut Nadab Jeroboami filius anno secundo regni sui occisus

(1) Or, *Ela, fils de Baasa, régna sur Israël, et son règne dura deux ans.* Il est étonnant que tous ces princes qui se succèdent les uns aux autres, ne font point de réflexion sur les malheurs où ceux qui ont régné avant eux sont tombés à cause de leur impiété. Jéroboam est assuré par un prophète que Dieu le fera régner sur dix tribus d'Israël, pour punir l'idolâtrie de Salomon, et il ne craint pas de se rendre ensuite coupable d'une idolâtrie plus criminelle! Le même Jéroboam est averti que toute sa postérité sera détruite à cause de son impiété, et Baasa, que Dieu élève en sa place sur le trône, est aussi impie que lui! Le prophète Jehu prédit à ce prince tous les maux dont Dieu punirait ses crimes, et cependant Ela, son fils, n'en est point plus sage. Il commit, dit l'Écriture, les mêmes péchés que son père, en irritant le Seigneur par ses vanités et ses mensonges. Tous les autres dont il est parlé ensuite en usent de même, et il semble qu'ils soient tous également et sourds et aveugles, pour ne point entendre les menaces, et pour ne point voir les châtimens redoutables de la divine justice.

L'endurcissement de ces princes paraît presque inconcevable. Mais celui où tombent beaucoup de chrétiens le fait concevoir plus aisément. Les grâces et les lumières du christianisme l'emportent de beaucoup sur celles de ces premiers temps. Et c'est néanmoins à ces grâces et à ces lumières qu'on renonce tous les jours, pour suivre les règles du siècle et s'abandonner à ses ténèbres. Les châtimens éternels dont Dieu nous menace, ne font pas plus d'impression sur notre esprit, que les malheurs temporels dont Dieu affligeait les rois d'Israël, n'en faisaient sur leurs successeurs. Et ce n'est pas dans la vue de nous assurer un royaume, ainsi que Jéroboam, que nous quittons Dieu, mais c'est souvent pour un rien et pour le néant de quelque honneur, ou de quelque bien, ou de quelque plaisir passager. Combien donc cet aveuglement est-il plus grand et plus criminel que celui que nous blâmons dans ces princes, qui étaient infiniment moins éclairés, et dont l'élevation les exposait davantage à s'éblouir et à tomber!

(Sacy.)

est à servo, in quo Jeroboami familia tota periit, sic, ut Baasa supplicium esset non absimile, secundo anno postquam regnare cœpisset illius filius Ela, à servo quoque ipsius interfectus est. Cum enim in Thersa Israelitici regni primâ sede poculis indulgeret intemperantiùs, ac tandem jam esset temulentus, irrupit Zambri servus Ela, qui dimidiâ equitatis parti præerat, et illum incautum et securum oppressit. (1)

VERS. 11. — PERCUSSIT OMNEM DOMUM BAASA, ET NON RELIQUIT IN EA MINGENTEM AD PARIETEM. Hic dicendi modus extremam indicat vastitatem, ut alio loco diximus, quâ in re sicut Baasa proximè audierat à prophetâ, eodem, quo Jeroboami, ipsius quoque domus exitio interiiit. (2)

VERS. 15. — REGNAVIT ZAMBRI SEPTEM DIEBUS IN THERSA. Cum secum equestre agmen attulisset Zambri, cui ipse à rege fuerat præpositus, quod ad regii corporis custodiam videtur esse deductum, facile fuit regem inermem et imparatum opprimere; non diù tamen parato per insidias regno frui licuit. Nam licet à cognitis Jeroboami pateretur nihil, quos omnes eadem quâ regem celeritate atque impetu ad unum sustulit, tamen ubi primùm exercitus, qui tunc obsidebat Gebbethon, extinctum esse regem audivit, et Zambri illius sibi nomen et locum usurpasse, damnavit infidelis servi sceleratam audaciam, et de novo eligendo rege secum ipse deliberat, ac tandem principem militiæ Amri regem magnâ omnium ordinum conspiratione conelamat. Qui confestim totam aciem corripuit contra Zambri, ut regis insidiosè sublato ulcisceretur eadem. Qui cum angustè premeretur, et evadere se posse ex eo conflictu desperaret incolumem, tutius existimavit, et ambitiosâ cogitatione deceptus magis honestum, si seipsum suâ manu perimeret, quam

(1) VERS. 9. — DUX MEDIÆ PARTIS EQUITUM. Hebræus: *Dux mediæ partis currum ipsius bellicorum.*

IN DOMO ARSA PRÆFECTI THERSA. Hebræus: *In domo Arsa, qui super domum in Thersa.* Chaldæus et Arabs: *In templo idoli Arsa, quod erat in Thersa.* Sed quod idolum hoc Arsa? Hæc vox tellurem sonat; tellurem autem colebant pagani, tanquam deorum omnium et hominum matrem; vel fortè Arsa ponitur hic pro Asera, Astarte. (Calmet.)

(2) PROPINQUOS ET AMICOS EJUS. Quicumque tyrannidem illius metuebat. Tradit Philo, in his rerum eventibus interfici consuevisse quicumque versabantur in quinque domibus maxime propinquis illi, cujus memoria delenda erat

(Calmet.)

si hosti cum jugulo victoriam præberet. Quare animum sumpsit ex desperatione, et quod hostis ageret, id in seipsum negotium antevertit: ergo cum capi ab hoste civitatem videret, regiam incendit domum, in quâ seipsum cum illâ combussit. Quid spectaret dum sibi mortem ultrò immaturam accersit, diximus supra, ne videlicet hosti suæ cædis gloriam relinqueret, et illam effugeret ignominiam, quæ necessariò esset in conspectu exultantis inimici subeunda. Quam alii in omni fermè ætate non pauci rationem invenire evitandi dedecoris. Sic sanè paulò ante Saül, ne ludibrio esset Palæstinis, in sua sibi viscera ferrum adegit. Idem fecisse traditur Sardanapalus, qui, ut refert Justinus lib. 4, victus in regiam se recepit, ubi exstructâ pyrâ, se et divitias suas in incendium mittit, hoc solo imitatus virum. Quod item, Josepho teste et scriptore lib. de Bello 3, cap. 14, fecere Judæi, qui ne in potestatem Vespasiani venirent, mutuâ se cæde peremerunt: tantum apud illos valuit pudor, et ambitio! Fecere hoc ipsum apud Hispanos olim Numantini, quibus ne victoriâ insolens Romanus illuderet, sibi ipsis veneno, aut ferro, aut etiam incendio vitam ademerunt. Neque mirum, si id viri aliquando tentârint, cum imbellis feminarum sexus, pudoris atque honestatis amans, mortem non horruerit. Nam ne quid ejusmodi ab hoste victore Teutonicæ feminæ subirent, suffocatis, elisisque infantibus suis, ut auctor est Florus, lib. 4, cap. 4, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo è crinibus suis facto ab arboribus jugisque plaustorum pependunt.

Quærit hic Abulensis q. 12, cur cum mitiori sibi mortis genere vitam sibi potuerit eripere Zambri, incendium elegerit, in quo et mors longior fuit, et major acerbitas? Et respondet voluisse in posterum suæ dignitati consulere; si enim cadaver in hostium potestatem veniret, quorum non minùs erant infensi animi, quàm armatæ manus, raptari poterat, aut objici canibus, aut per summum ludibrium cum communi populorum convicio traduci; quod accidit Saüli, cujus corpus prius variè circumductum, tandem Palæstini ad graviores ignominiam et dedecus è muro suspenderunt: à quo sanè ludibrio regium cadaver fuisset immune, si prius fuisset in cineres redactum. Quam ignominiam, ut declinaret Sylla, cremari se jussit, cum ante illum nemo fecisset ex Corneliorum genere. De quo sic Cicero lib. 1 de Legibus, ad finem: «Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari

« jussit Sylla victor, acerbiori odio incitatus, quod haud scio an timens suo corpori posse accidere, primus è patriciis Cornelii igni voluit cremari. » (1)

VERS. 19. — AMBULANS IN VIA JEROBOAM, ET IN PECCATO EIUS, QUO FECIT PECCARE ISRAEL. Quod fuerit peccatum Jeroboami, jam sæpius audivimus. Sed quomodo tam brevi spatio (nam septem tantum dies regnasse dicitur) peccare fecerit Israel, paulò obscurius est; fortassè ideò dicitur scandalo fuisse populo, quia cum plurimum posset apud Jeroboamum, aut illi auctor fuit ut vitulos conflaret, aut certè ad illam curam magno regi adjumento fuit, dum populo nimium credulo persuadet id rei communi futurum ex usu. Id credo potius, nam licet post occisum Ela tantum regnaverit septem dies, quia septimo ab occiso rege die electus est Amri; tamen postea aliquot vixit dies, et fortassè non paucos, donec capta fuit Thersa, et ille eò desperationis adductus, ut voluntarià morte jugulum ab hostili ferro vindicàrit. Toto autem illo tempore licet obsesus, erat tamen inter suos potentià et auctoritate princeps. Quare facillè potuit in vitulorum observantiam continere populum, ac tandem perficere, ut in illà rerum angustia, immolatis victimis ad felicem bellorum exitum illos sibi redderet propitios. Porrò regnasse dicitur Zambri septem dies, quia ipse pro rege se gerebat, non quia reverà rex fuerit illo septemdiario spatio, cum neque oblatum accepisset à populo, neque ullo sibi legitimo nomine vendicasset regnum: quod apertè docet Scriptura, dum indicat, v. 20, illum fuisse tyrannum. *Reliqua, inquit, sermonum Zambri, et insidiarum ejus, et tyrannidis, nonne hæc scripta sunt, etc.*

At dices: Cur septem diebus regnasse dicitur? Responsio est ex Scripturæ consuetudine non difficilis. Nam Scriptura sacra non solet à vulgaris sermonis consuetudine recedere, quæ deos appellat eos, in quibus nihil est numinis, quia sic judicat et nominat vulgus. Sic Maria, Luc. c. 14, Josephum patrem appellat Christi, quia sic putabatur et appellabatur à populo. Id autem contingit inter homines frequentius, qui nomine alios afficiunt indebito, non tam veritatem spectantes, quam

(1) VERS. 18. — VIDENS AUTEM ZAMBRI QUOD EXPUGNANDA ESSET CIVITAS, INGRESSUS EST PALATIUM, ET SUCCENDIT SE CUM DOMO REGIA. Nimirum Zambri tyrannus ambiens aulam, invenit urbem, ac ascendens in regiam resiliit in pyram. (Corn. à Lap.)

hominum obsecuti consuetudini. Quo modo appellati sunt quidam reges Machabæorum tempore, Aristobulus, Hircanus, Alexander, etc., quia sic illos vulgus aut assentatorio blandimento, aut metu, aut ineundæ ab illis gratiæ studio salutabant. Quæ de re nos pluribus in cap. 21 Ezechielis, ubi illos fuisse reges negat Hieronymus. Ut ergo hi vocati sunt reges, cum tamen à regum legitimo titulo procul abessent, sic iste Zambri cum vi potius et astu, quam ullo legitimo titulo aspirasset ad regnum, rex tamen brevi illo spatio temporis vocatus fuit, cum nullus tunc esset, cui regni foret pacifica possessio.

VERS. 21. — TUNC DIVISUS EST POPULUS ISRAEL IN DUAS PARTES. Hinc apparet nondum Amri in Israele dominatum esse pacificè, quando populus alium sibi regem proposuit, et in duas factiones dissectus, rebus studuit novis, et gravi metu turbavit, concussitque rempublicam. Seditionis autem illa videtur princeps causa, quia Amri ab exercitu, non à toto populo rex est appellatus, quod reliqui tulerunt iniquius, cum non minus ipsorum, quam militum suffragiis res esset statuenda. Quare in regnum advocarunt Thebni, sed illo à contrarià factione superato, imperium pacificè tenuit Amri anno Asa 31, quod ad annum usque Asa 38 moderatus est, cum in debellandis sedandisque tumultibus triennium posuisset, ut statim dicemus. (1)

(1) VERS. 22. — MORTUUSQUE EST THEBNI, occisus à factione adversà Amri, teste Josepho. Addunt Septuag., fratrem quoque Thebni occisum, nomine Joramum. (Corn. à Lap.)

VERS. 23. — ANNO TRIGESIMO PRIMO ASA..... REGNAVIT AMRI. Quomodo ista cohaereant cum iis quæ supra, vers. 10 et 15, narrantur, Zambri scilicet dominum suum Elam interfecisse anno septimo et vigesimo Asæ, ipsique Zambri post regnum septem dierum successisse Amri? — Reponitur, Amri solum et pacificum regni possessorem fuisse tantum anno primo et trigesimo Asæ, cum antea quadriennio æmulum Thebni sustinuerit. Sublato demum Thebni anno trigesimo primo Asæ, Amri solus et quietus regnavit. Solutio est quidem violentior, sed melioris defectu retinenda. (Calmet.)

IN THERSA REGNAVIT SEX ANNIS. Thersa ante Amri erat metropolis et regia regum Israel. Quare in eà regnavit Amri quinque annis, quibus cum Thebni de regno contendit, eo verò mortuo, anno sexto regni sui ex Thersà regiam transtulit in Samariam, quam ædificavit, ut sequitur, ibique regnavit aliis sex annis, hoc est, universim tam in Thersà quam in Samaria, 12 annis, uti dictum est. Causa translationis fuit, quòd Zambri regiam in Thersà secum combussisset, moxque urbs capta ab Amri, spoliata et vastata fuisset, ut dictum est v. 18; rursum, quòd Samaria ob montem

VERS. 24. — EMITQUE MONTEM SAMARIÆ A SOMER DUOBUS TALENTIS ARGENTI (1). Ad illud usque tempus imperii prima sedes fuerat in Thersà: quam cum Amri transferre decrevisset, emit à viro quodam editum collem, quem ædificandæ novæ civitati opportunum putabat, quam à veteri possessore Samariam vocavit. Illa deinceps fuit Israelitici imperii constituta metropolis, donec omninò dissolutum est, et genus illud hominum ad Assyrios translatum. Fuit, opinor, ante hoc tempus ædificata Samaria, non tamen illi adjunctus erat mons ille, qui emptus dicitur fuisse à Somer, qui videbatur futurus ad munimentum firmus, et ad speciem præclarus. A quo cum magnum existimaretur præsidium habitura antiqua civitas, emptus est, et ædificatus à novo rege. Sanè propheta ille senex, qui supra, capite 13, verum decepit prophetam, quem occidit leo, venisse dicitur de Samarià, de civitate nempe illà, quæ adjecto monte à Somer, duorum talentorum pretio redempto, Samaria appellata est. Dicta porrò est Samaria eo loco, cum nondum illud nomen haberet, quia quo tempore historicus hæc sacris tradidit monumentis, Samaria dicebatur. Neque novum est, ut per prolepsim satis scriptoribus familiarem, nomen alicui loco detur, quod longo post cui insidebat, munitior foret. Unde ipsa diu hostium postea eam obsidentium insultus sustinuit. Ita Salianus. His ergo de causis Amri ex Thersà regnum et regiam transtulit in Samariam. (Corn. à Lap.)

(1) Sedet urbs Samaria in fertili quodam colle in medullio fermè tribus Ephraim, situ comodo et munito. Mirari subit, cur Amri, qui locum emit, et urbem condidit, nomen illi suum non indiderit. Menochius cum Saliano arbitratur, Semer, viliori pretio locum cæssisse Amri, eà conditione, ut nomen prioris domini retineret. Igitur Samaria decem tribuum metropolis effecta est, nomenque suum propagavit ad regnum Samariæ, et amplum regionis tractum, qui Samariticus appellatus est. Ut illam ornarent, auferentque, Israelis reges nihil omiserunt. Ædificavit in eà Achabus domum eburneam, id est, eburneis ornamentis divitem. Publicas ibi pariter plateas et formaverant et possidebant reges Syriæ, ubi Syri commercii gratià facillè sedes habebant. Id autem probant ea quæ Benadad permisit Achabo: *Plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samarià*. Obsidiones sustinuit plures: bis illam cinxit Benadad; Salmanasar trienniali obsidione expugnavit. Post mortem Alexandri Magni, cecit regibus Ægypti; sed erepta Ægypti ab Antiocho Magno, paruit regibus Syriæ, donec per Hircanum Machabæum solo æquata est. E ruinis suis surrexit beneficio Herodis Magni, qui et coloniam eò misit sex millium, et Sebasten de nomine Augusti, appellavit. (Calmet.)

tempore nactus est. Exempla nos adduximus supra, lib. 1 Regum c. 4. (1)

VERS. 29. — ACHAB VERÒ FILIUS AMRI REGNAVIT SUPER ISRAEL ANNO TRIGESIMO OCTAVO ASA REGIS JUDA. Hic fuit septimus ex regibus Israel, qui in Asa regem Juda imperium incurrerunt. Hic nodus occurrit in speciem explicatu difficilis. Neque enim videtur posse fieri, ut cum Amri anno trigesimo primo Asa regnare cœperit, regnumque tenuerit duodecim annos filius ejus Achab, qui non nisi parente mortuo in regnum successit, trigesimo octavo anno Asa regnare potuerit, cum inter annos 31 et 38 etiamsi extremos annos numerando concludas, non plus sint octo annis, atque ideò ab hoc numero ad duodenarium quatuor anni deficiant. Hic ego in Amri duo tempora considero, seu duos status, alterum cum vocatus est rex, non tamen obtinuit regnum, cum alii, nempe Zambri et Thebni, de regio nomine certarent et regni possessione. Si regnum ab eo tempore aspiceres, quo rex ab eo exercitu salutatus est, duodecim reverà regnavit annis, et regium nomen primum audivit anno regis Asa 27, à quo ad annum illius 38 si utrumque extremum amplectare, anni sunt interjecti duodecim. At quia nondum aliquid erat definitum et certum, cum judicium tunc totum positum esset in armis, neque tota in eligendo rege potestas esset in exercitu, verè rex appellari non potuit, nisi subactis prius hostibus, qui de regni possessione certabant. Cum autem anno Asa 31, res esset tota bello transacta, post quartum annum, ex quo ab exercitu rex est salutatus, rex omninò pacificè censeripotuit, atque ideò verè et propriè octo annis regnavit ab anno trigesimo primo, ad annum trigessimum octavum Asa. Ita Lyra.

VERS. 31. — INSUPER DUXIT UXOREM JEZABEL, FILIAM ETHEBAAL REGIS SIDONIORUM (2). Non reces-

(1) VERS. 25. — OPERATUS EST NEQUITER SUPER OMNES QUI FUERUNT ANTE EUM. Idololatriam non verbis modò et exemplis apud suos promovit, sed et legibus imperavit: *Et custodisti præcepta Amri, et omne opus domus Achab*. (Calmet.)

(2) Ethbaal, pater Jezabelis, imperabat Sidoniis, vel potius Tyriis, sed facillè tunc reges Tyri per totam latè ditionem Sidoniorum, urbemque ipsam Sidonis imperium prorogabant. De Sidoniis ita agit Salomon, veluti jam regi Tyrio subjectis. Profanos scriptores Ethbaal non lauit; quem virum Menander appellat *Ithobalium*, traditque, sub eo principe regionem hanc nimia ariditate squaluisse. Ipsa est facillè ariditas triennialis, de qua Scriptura, sub rege Achabo, *Ithoballi* genero. (Calmet.) Ergo idolis et vitulis Jeroboam adjunxit ido-